

friabile est & ponderosum, nominat
 foeminam: quod scabrum & leue, ma-
 rem. Natiuum simile est plumbo na-
 tiuo: excoctum verò, plumbo cine-
 reo. In tingendis cilijs eo Italicae mu-
 lieres nunc vtuntur; & Graecae vsae
 sunt, vnde poëta Ion nominat ὀμματῶ
 γραφοῦ, alij πλατυόφθαλμοῦ. quia enim
 tinctura nigrum est, cilia ornat: quia
 nitidum, etiam dilatat. Stibi cum py-
 rite, Suaci in Alpibus: cū mica, quod
 plumbi cinerei ferax est, in Vallibus;
 cum schisto, prope Fribergum, vt mo-
 dō dixi, reperitur: itē cum lapide fissi-
 li. A forma eius plumbum album,
 nigrum, cinereum, schistos, gypsum
 nomen inuenere.

Spissiger { Zwitter.
 Glanz.
 Wismuth.
 Farbstein.
 Gips.

Stibi. Spießglas, vel rectius Spießgläs.
 Stibi tinctura. Schmincke.